

Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporvm Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Fiscus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

FIDEJUSSOR, FISCUS.

227

Sexto, in feudorum successione est locus usque ad septimum gradum, *ca. l.* §. hoc autem sciendum, qui infundare possunt; nisi feudum sit constitutum nomine, etiam tituli, regni, dominatus, Comitatus, aut Marchionatus, in his enim ad centesimum gradum successio progeditur, Bald. in cap. l. de feudo Mar. Covar. de success. ab intefaco, numero 10. 12.

FIDEJUSSOR.

Primo, fidejussor non liberatur exhibendo illum, qui aufugit pro quo fidejussor, Boer. *decis. 217. n. 12. & seq.*

Secundo, potest petere executionem sententiae contra reum, sine aliquo processu, si solvit pro eo, *decis. 277. n. 4. & ibi videto, ad quid teneatur, qui carcerato suadet ut e carcere fugiat, vel facit fugere, & eximit e manu familie judicis.*

FISCUS.

Primo, an Episcopushabeat fisicum. videto Dyn. *pra. crim. Can. 134. & Cov. l. 2. c. 9. var. resol.* Fiscus, Ecclesia, ac minor equiparantur, Abb. in c. ex literis, n. 11. de pign. & Afflict. consti. regni. in prælud. q. 15. in fine.

Secondo, Fiscus appellat de jure communi, Vinc. de Fran. *decis. 148. n. 6. & 7. an. & quando in dubio, vel alias feratur sententia contra fisum?* Vide Covar. lib. 1. c. 16. var. resol.

Tertio, deputatio procuratoris fiscalis, etiamsi procedatur contra personas capitulares, pertinet ad Episcopum, abs-

que consilio Capituli, ita sac. Congre. dicit fuisse declaratum die 22. Septembris 1573. in facto ad Cardinalem Paecechum Archiepiscopum Burgens. de Icar. 461. in meis.

Quarto instante procuratore fiscali, Episcopus potest esse iudex in causa lux Ecclesiae, etiam ad retractandum ea quæ ipsem fecit. Navar. *conf. 20. numero 9. de rescript.*

FUNUS CORPORIS DEFUNCTI.

Primo, an funus, & expensæ factæ circa funus Episcopi, ut pura candela, intorricia, vestes lugubres, tam servitoribus, quam consanguineis factæ, cantarus, culcitra, seu cortina serica, debent fieri ex spoliis provenientibus ex bonis relictis ab Episcopo defuncto, an sumptibus consanguineorum? Vide Capyc. *decis. 84. ubi partim affirmat, partim negat, prout ibi.*

Secundo, an expensæ, quæ fieri debent in funere alicujus mortui, sint accipienda ante æs alienum, etiam si creditores ex hoc præjudicium paterentur? Vide Cov. in cap. Raynaldus, §. 3. n. 1. de testam. ubi dicit affirmativè, & lib. 2. cap. 1. numer. 10. & 11. var. resol. & idem sit de expensis factis in infirmitate, vide Vinc. de Franc. *decis. 51. num. 1. 2. 9. & 10. vide Dyn. in cap. qui prior. num. 14. de reg. jur. lib. 6.*

Tertio, cadaver, sive divitis, sive in opis debitoris non potest, nec debet ad petitionem creditoris in lepulum detineri, ut pignus quoddam, donec æs alienum integrè solvatur. Covar. loc. cit. F f 2 162700.